

q̄icq̄am coram ipso gloriandi careant; q̄ibus ignominia potius
debetur & faciei confusio, qvām gloria juxta Dan. IX, 9. Nam omnes
justitiae nostrae כְּפֶר עֲלֵיכֶם, ut vestimentum cunctorum sunt, Ef. LXIV, 6.
hoc est, quod sine rubore dici vel scribi nequit, sicut pann⁹ menstru-
atæcujus & Jeremias meminit, Thren. I, 8. & Ezechiel XXXVI, 17. Iter-
rum ad Flagitium illud Hominis, Publicanum provocamus, q̄em
non solum Phariseus in precibus suis cœtui addicit petulantissimo,
sed & propria Conscientia conterit, contritumq; ad Tribunal Dei
sistit, humiliè deprecantem, ardentiè credentem & mox abfo-
lutum ac justificatum ad ædes suas redeuntem.

IV. Aliud itaq; Deum ad actionem hanc, ut qvōq; Paucis Cau-
sam, quam Impulsivam vocant, attingamus, movit. Unum Inter-
num est, nempe Gratia & Misericordia Dei, qui juxta Ezechiem
XXXIII, 11. morte & pænā impii nō delectatur, sed dives in misericordia
est propter multam nimiamq; charitatem suam, qvā dilexit nos, etiam cùm
essemus mortui per dilicta, convivificavit nos unā cum Christo, ut Pau-
lus ait Eph. II. commatē 4. & 5. ubi & nervosā exclamatione adser-
tioni nostræ succurrat, dum inquit: Per gratiam estis servati. Nec
aliud Publicanus noster exspectat qvām Gratiam; Hinc corde & O-
re ingemescit; O Deus propitius esto mihi peccatori. Nam gratiâ suâ
iis propositus Deus, qui timoris fulmine percussi, cùm Publicano pro-
culstant, & indignitatem suam agnoscentes, oculos suos ad Calum at-
rollere verentur. Sacrificia namq; Deo gratissima, sumptus Spiritus confrat-
tus, Cor conritum & contractum Deus non despiciet Ps. LI, 18. Altera
Justificationis impulsiva est Externa, Christi nempe Obedientia, A-
ctiva & Passiva, ut vulgo, distinguitur; hoc est, ut Formula Concordiae
loquitur: non estantium; qvā Patri paruit in totâ suâ passione &
morte, verū etiam qvā nostri causa sponte se Legi subjecit, eamq; Obe-
dientiam illâ suâ implevit. Alias Justitiam Christi adpellare solent, non
quidem Essentialē, ut Andreas Osiander cum insigni Ecclesiæ scan-
dalo & scissurâ, ante seculum ferme, somniavit, sed Officii justitiam
hoc est, meritum & satisfactionē, qvā Christus non tantum Vitæ
Sanctitate Legem implendo, sed & peccata nostra eorumq; poenas in-
se transferendo & pro iis luendo justitiae Divinæ satisfecit, Deumq;
per hanc διπολύτρεωσιν movit, ut Credentes in se ab æterno ad salu-
tem elegerit, & nunc quoq; in tempore justificet & salvet. Est namq;
Satisfactio hæc perfectissima & summi coram Deo precii & Valoris.

Nec